



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XIV. An gratia adiuuans sit actio, vel principium actionis, & quæ sit eius
neceßitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

gratia adiuuans vocatur. Vnde idem August. quæst. 2. ad Simplician. sic inquit. Non ideo dictum esse putandum: Non est volentis, neque currentis, sed misericordis Dei, quia sine eius adiutorio non possumus adipisci quod volumus, sed ideo potius, quam sine eius vocatione non volumus. lib. 2. de peccator. merit. cap. 18. Quod ad Deum nos conuertimus, nisi ipsa excitante, atque adiuuante, non possumus. In quo modo loquendi aperte indicat adiuuantem gratiam aliquid addere su-

peritiam prae citantem. Præterea hoc constat ex diuersis tribuunt muneribus, quæ Augustinus tribuit gratiæ excitanti, & adiuuanti, nam primæ tribuit tangere cor, sanctam cogitationem immittere, & similia, quæ Deus in nobis, sine nobis operatur, vt in superioribus satis explicatum, & allegatum est. At verò gratiæ adiuuanti tribuit simul cum homine operari, sicut, dicit lib. 2. contra duas epistol. Pelagian. cap. 9. Quamuis nisi adiuuante illo, sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire, tamen os aperimus illius adiumento, & opere iustitia. Vnde in 2. lib. de peccatorum merito & remissione cap. 5. dicit, Neque adiuuari potest, nisi qui aliquid sponte conatur. Et rationem reddit, quia Deus non ita mouet hominem, sicut mouet lapidem, vel brutum, in quibus voluntatem, & rationem non condidit, significans gratiam adiuuantem non dari nisi in ipsa, & cum ipsa operatione, quod euidentius expressit in id Psal. Adiuua nos Deus salutaris noster, dicens, cum adiuuare nos vult, neque ingratus est gratia, aut tollit liberum arbitrium, qui enim adiuuatur, etiam per se ipsum aliquid agit. Et tract. 4. in 1. Epist. Ioan. Quando inquit iuuaris, nihil agis. & serm. 13. de verbis Apostol. cap. 11. Agis inquit & ageris, & tu bono agis, si bono ageris; Spiritus enim Dei qui te agit, agens adiutor est, ipsum nomen adiutoris prescribit tibi, qui tu ipse aliquid agis. Agnosce quid possas, agnosce quid confiteris, quando dicis, Adiutor meus esto, adiutorem vtique inuocas Deum nemo adiuuatur si ab illo nihil agatur, &c.

Ex his ergo omnibus colligitur adiuuantem gratiam non dari, nisi ei, qui liberè agit, credendo, vel penitentiam agendo, vel alio modo pie operando: gratia autem excitans datur ante liberam operationem, vt in superioribus satis ostensum est, ergo aliquam gratiā addit adiuuans supra excitantem ab illa distinctam. Deinde hoc facit indicat Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 5. Primum quatenus distinctè requirit excitantem atque adiuuantem gratiam, non enim toties illa duo repeteret cap. 5. & can. 3. si illa duo essent synonyma, & non aliquo modo distincta. Secundo, quia dicit hominem disponi assentiendo, & cooperando illi gratiæ, quæ duo verba cum portione accommodata accipienda sunt: nam assentiri correspondet gratiæ excitanti, cooperari verò adiuuanti. Vnde paulo inferius dicit Concilium, tangente Deo cor hominis, ipsum hominem non omnino nihil agere inspirationem illam recipiens vtique per liberum consensum, sicut illam abicere sit per dissensum. Quomodo etiam dixit Augustinus vocare esse solius gratiæ: assentire autem vel dissentire propriè voluntatis esse. Et tamen vel dissentire sola libertate, assentire autem non potest, sine adiutorio Dei. Et ideo vt assentiatur gratiæ excitanti, necesse est vt cooperetur adiuuanti: sunt ergo illæ duæ gratiæ distinctæ. Et præterea Concilium quoties de actibus, quibus homo disponitur ad iustitiam, loquitur, vtamque gratiam coniungit, vt patet in cap. 5. & in principio 6. disponuntur tamen ad ipsam iustitiam, dum excitati, & ad iustitiam gratia, &c. & Can. 3. Si quis dixerit sine præuocante Spiritus sancti inspiratione, & eius adiutorio

Ratione sumpta ex prædicta doctrina Augustini potest hoc declarari, quia gratia excitans datur homini antequam liberè operetur, vel consentit, ergo necesse est gratiam adiuuantem aliquid addere excitanti, in quo ab illa distinguatur. Maior in superioribus satis declarata, & probata est, & conuincitur ex Concil. Tridentino can. 4. dicente hominem iam excitatum posse dissentire. Minor autem patet ex dictis sententiis Augustini, & ex verbis Concilij quæ ponderauimus. nam semper coniungit adiuuantem gratiam consensui, & è contrario negat consensum esse posse sine adiuuante gratia. Ex proprietate autem ipsius verbi adiuuandi, optimè potest declarari: nam adiuuare est aliquid cum aliquo agere, & ideo nemo actu adiuuat, nisi & ipse, & is, qui adiuuatur, aliquid agant; ergo in operibus gratiæ non datur homini adiuuans gratia, nisi quando libero, & humano modo aliquid operatur, nam ad huiusmodi operationem hæc gratia datur: at verò gratia excitans non datur per operationem liberè necessariam, vt supra visum est, & ideo operationem liberam præcedere potest. Declaratur tamen à simili, nam gratia creans non datur nisi quando Deus actu creat, ergo neque gratia adiuuans, nisi quando Deus actu adiuuat. Vnde eo etiam modo quo intra ordinem gratiæ creatricis potest dari gratia adiuuans, illa non datur nisi quando Deus actu concurret cum creatura, quia tunc illam ad agendum adiuuat; ergo idem est cum proportionem in gratia pertinente ad ordinem gratiæ sanctificantis, quatenus in illo gratia adiuuans inuenitur, ex quo etiam fit, vt sicut Deus ab æterno non est Creator, vel conseruator, Deus nō est Deus in tempore, ita neque sit adiutor nisi in tempore, & non semper, sed quando actu adiuuat. Denotatur autem adiutor ab adiuuante gratia non in tempore, ab excitante, propriè loquendo. Ex his ergo satis constat, has gratias esse distinctas aliquo modo: hæc autem distinctio, & plures etiam differentie inter ipsas in duobus capitibus sequentibus commodius explicabuntur, simul declarando, quid hæc adiuuans gratia sit.

CAPVT. XIV.

An gratia adiuuans sit actio, vel principium actionis, & que sit eius necessitas.

Cum ostensum sit dari nobis adiuuantem gratiam, præter excitantem, vt Concilia tradunt, hanc etiam gratiam esse nobis necessariam ad sanctè operandum, sicut oportet ad salutem, explicare necesse est, quid & quod duplex sit hæc gratia: ad hoc autem declarandum causam, & radicem huius necessitatis aperire necessarium est, nam inde constabit ad quem finem ipsa ordinetur, & ex fine ratio, & varietas eius faciliè intelligetur. Necessitas igitur huius gratiæ ex duplici capite oriri potest. Primum ex dependentia essentiali, quam voluntas creata, vt est quædam causa secunda, habet in 1. Radix, de operando à Deo, vt est prima, & vniuersalis causa pendens in omni ordine, tam naturæ, quam gratiæ. Quod essentialis enim omnis creatura non solum pendeat à Deo in fieri, & conseruari, sed etiam in operari tanquam in nostra fide ceruim supponimus, ex prima parte, & ex Metaphysicis disputationibus: consistit autem hæc dependentia operationis in hoc, quod nihil potest creatura facere sine actuali ope, & influxu Dei. Hæc igitur dependentia etiam in operibus gratiæ

Ratio assertio-
nis 1. de-
promptia
ex August.

Necessitas
gratiæ adiu-
uantis ex du-
plici radice
cauitur.

1. Radix, de
essentialis
creaturæ vo-
luntatis à
causa 1. in
ordine natu-
ræ & gratiæ.

gratiæ inuenitur, cum etiam sint extra creata. Et quamuis talis influxus, seu concursus Dei in actio-
nibus naturalibus non habeat propriam rationem
gratiæ de qua tractamus, quia est debitus naturæ,
vel lib. i. diximus, nihilominus concursus vniuersalis
Dei & opera vniuersalia inter propria dona gra-
tiæ sanctificantis numerandus est, quia absolute
non est debitus naturæ, & quamuis possit esse de-
bitus ratione prioris gratiæ, eo ipso est gratia pro
gratia. Et de hoc genere gratiæ dicam in vltima
parte huius libri, explicatis prius cæteris nomini-
bus seu diuisionibus gratiæ, quia & supponit illas,
& longiorem magis, quam controuersam disputa-
tionem postulant.

2. Radix infirmitas liberi arbitrij, ad vitandum erro-
rem, & malitiam, & ad operandum bonum vir-
tutis, sicut oportet. Vnde sicut homo debilis, &
infirmus non potest recte ambulare, nisi ab aliquo
maioribus, ita neque liberum arbitrium, nisi adiuue-
tur à Deo. Et sicut non satis iuuatur infirmus, ex-
hortando, & mouendo illum vt surgat, sed oportet
manum ad mouere, & simul cum illo operari, &
illum sustinere, vel subleuare: ita non satis est li-
berum arbitrium ad hæc opera gratiæ excitare, sed
illud actu iuuare, cum illo operando, aut virtutem
operandi addendo necesse est. Et hoc pertinet ad
solum Deum, qui hoc nobis præstat, per adiuuan-
tem gratiam. Est autem considerandum hanc in-
digentiam liberi arbitrij esse diuersam ab illa, quæ
respectu primæ causæ communis est omni virtuti
creatæ, etiam nisi in suo genere causæ secundæ com-
pleta sit: nam vltra indigentiam hanc habet no-
strum liberum arbitrium defectum virtutis ad be-
ne agendum, etiam in proprio ordine causæ pro-
ximæ ad huiusmodi actus virtutis efficiendos, &
ideo indiget speciali gratia adiuuante distincta
à præcedente, quæ illum defectum virium adiu-
uando suppleat. Quod autem in libero arbitrio sit
hic defectus virium partim ob lapsum peccati ori-
ginalis, partim ob excellentiam supernaturalium
actuum, in lib. primo & secundo latè ostensum
est, vbi generatim diximus de necessitate gra-
tiæ, etiam de hac adiuuante procedunt. Et de ead-
em rectè intelliguntur verba Pauli ad Roman. 8.
Rom. 8. 16. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram, in quibus hanc
Philip. 2. 1. etiam dixit ad Philip. 2. Deus est qui operatur in nobis
& velle, & perficere, & cap. 1. qui cepit in nobis opus
bonum (vtique per excitantem gratiam) perficiet,
scilicet per adiuuantem.

3. Confestim Ex hac ergo duplici necessitate prima distinctio
adiuantis gratiæ colligitur. Vna est per modum
hæc duplici concursus, alia per modum specialis cooperationis
necessitate in ratione proximæ causæ principalis effectus.

4. Distinctio gratia adiuuans in ea quæ datur per modum concursus, & quæ per modum spe-
cialis coope- rationis: illa dei-
ceps voca- bitur con-
cursus gra- tiæ, hæc
verò abso- lute gratia
adiuans.

Et vt sine æquiuocatione loquamur, priorem non
auxilij, vel adiuuantis gratiæ nomine, sed simplici-
ter nomine concursus gratiæ significabimus. Aliud
verò speciale adiutorium, quod Deus etiam vt cau-
sa proxima ad actus supernaturales præbet simplici-
ter nomine adiuuantis gratiæ, significabimus,
quia reuera de hoc adiutorio præcipue loquitur
Augustinus, ad alij Patres, quando gratiam adiu-
uantem requirunt, tum quia hoc præcipue Pela-
gius negebat, vt in vltimo Prolegomeno diximus,
tum etiam, quia specialius adiutorium postulant
Patres in operibus gratiæ, quam in operibus natu-
ræ, & alium defectum virium ad opera gratiæ,
quam ad opera naturæ, in libero arbitrio recog-
noscunt, & docent. Igitur propria gratia adiuuans
vocatur illa, quæ in ratione causæ primæ creata
voluntas ad opera pietatis indiget.

Secundo colligitur ex dictis hoc gratiæ adiuto-
rium proximè consistere in aliquo Dei influxu in

ipsos actus liberos, & supernaturales voluntatis,
quod quidem commune est tam concursui gratiæ,
quam propriæ gratiæ adiuuanti. Nam concursus
actui non datur à Deo, nisi quando causa secunda
actu operatur, quando, verò ipsa non agit, confes-
suatur quidem à Deo, non tamen potest tum Deus
cum illa agere, & consequenter neque concurrere,
ergo concursus non est, nisi dum causa secunda a-
git: consistit ergo proximè, & vltimatè (vt ita di-
cam) in actuali motione, vel actione siue præuia,
siue simultanea ordine naturæ cum actione causa
secundæ, quod postea videbimus. Nam in fine ca-
pituli præcedentis probatum est ex Augustino, &
ratione, neminem iuuari, nisi qui agit. Ex quo
rectè inferitur, hoc auxilium gratiæ adiuuantis
proximè consistere, & consummari in actuali in-
fluxu, & actione Dei cum homine supernaturaliter
operante. Nam eo ipso quod homo definit opera-
ri, etiam Deus definit adiuuare, ergo sicut opera-
tio hominis in actuali influxu ex parte sua consi-
stet, ita adiuuans gratia in actuali influxu ex parte
Dei posita est. Deinde sicut in his actibus dum ho-
mo operatur dicitur cooperari Deo, ita cum Deus
illum adiuuat dicitur cooperari homini, vt infra
videbimus, & ex Concil. Trident. dicta sess. 6. cap.
5. aperte colligitur: cooperatio autem manifestè
influxum, seu actionem significat, vt infra de gra-
tia cooperante tractando iterum explicabimus.

Dixi autem gratiam adiuuantem proximè con-
sistere in actuali influxu, quia præter influxum ne-
cessarium est aliquid supernaturale principium à
quo actualis ille influxus promanet. Nam ille in-
fluxus non est nisi actio quadam: omnis autem ac-
tio suum immediatum, & proportionatum prin-
cipium requirit; ergo cum influxus adiuuantis
gratiæ supernaturalis sit, requirit principium
supernaturale, à quo immediatè fluat. Hinc ergo
patet non solum actuale influxum, sed etiam
principium à quo procedit, posse gratiam
adiuantem appellari, quia verè adiuuat in-
tellectum, aut voluntatem, nam supplet de-
fectum virtutis eius ad supernaturalem actum ef-
ficiendum: supplet autem simul cum potentia ef-
ficiendum actum, quæ ipsa sola efficere non po-
test: hoc autem est iuuare, siueque lumen gloriæ iu-
uat intellectum ad videndum Deum, & charitas
ad amandum, & Deus ipse dici potest iuuare cau-
sas secundas ad operandum, & in ordine gratiæ
speciali titulo adiutor noster appellatur. Aliunde ve-
rò ex supra dictis videtur colligi propriam gra-
tiam adiuuantem in solo influxu actuali positam
esse, tum quia gratia adiuuans non est, nisi quan-
do homo actu operatur: principium autem ope-
randi in nobis permanet etiam dum non opera-
mur, tum etiam, quia gratia adiuuans in genere
actualis gratiæ collocatur, & sub illo ab excitante
condistinguitur. Sicut ergo excitans tantum con-
sistit in actuali motione, ita etiam adiuuans.

Verum tamen non oportet de nominum signi-
ficatione contendere; clarissimè & magis sine am-
biguitate procedemus secundum diuisionem ad-
iuuantis gratiæ subiungendo, quædam dici potest
adiuans per modum principij, alia per modum
influxus, seu actionis. Et hæc quidem posterior alio per-
iam satis explicata est, & in omni proprietate, & ri-
dum tale nomen adiuuantis gratiæ meretur, quia est ipsum
actuale auxilium quo supernaturaliter iuuamur.
Vnde si sermo sit de gratia actuali adiuuante, hæc
sola est gratia adiuuans, & ab illa qualibet alia
gratia adiuuans denominatur, seu adiuuare dicitur,
vt probant omnia hæc tenus dicta in hoc, & in
capite præcedenti. Nihilominus tamen etiam prin-
cipium proximum adiuuantis auxiliij potest in suo
ording

Quando verò est in hoc posteriori statu, propriè dicitur adiuuans, sumit autem hanc denominationem ab ipso actuali adiutorio, ut dicebam: nam sicut agens hanc denominationem sumit à sua actione, ideo non est propriè agens, nisi quando est in actu secundo, ac proinde per denominationem ab ipso actuali adiutorio vocatur adiuuans. Nihilominus tamen, quia illud principium de se est gratia data ad iuuandam potentiam etiam in primo statu quando est in actu primo, potest dici gratia adiuuans, cum illa declaratione, seu limitatione per modum principij. Vel certè dicitur gratia adiuuans, nam hæc vox magis actum primum, quam secundum significare videtur, id est, principium de se aptum ad iuuandam potentiam, cum voluerit operari. Et ita breuitatis gratia loquimur. Nam licet in præfati libro de actuali gratia, & auxilio præcipuè tractemus, non potest satis influxus gratiæ adiuuantis sine suo principio explicari, & ideo de vtroque dicendum est.

piante, minante, promittente, sed spiritu exhortante, & illuminante, adiuuante. Et cap. 12. Sic vos scitote agere, ut sit rector spiritus, & adiutor: regere autem, & exhortari morales modi causandi sunt, & de illis etiam explicat verba Christi: *sine me nihil potestis facere*. Et eandem causalitatem præbet vocationi lib. de prædestinat. Sanctior. cap. 15. & cap. 19. ait, *illa vocatione, quæ sine penitentia est, id prorsus agitur, & peragitur, ut credamus*. Aliis vero locis explicat hanc causalitatem per modum suauis inclinationis, vel tractionis, quia per vnum affectum ad alium inclinamur, quæ moralis etiam inductio est. Atque ita sermone secundo de verbis Apostoli. capite secundo dicit suauitatem quam gratia infundit, esse spirituales tractiones, & libero secundo de peccator. merito cap. decimonono dixit hanc gratiam esse victicem delectationem.

Aliis verò locis generaliter dicit gratiam nos iuuare miris, & occultis modis, sic lib. 1. contra duas Epistolas Pelagian. cap. 19. *Trahitur, inquit, voluntas miris modis, ut velit ab illo, qui nonit, intus in ipsius hominum cordibus operari*. & lib. 5. Confess. cap. 7. & 8. de se ipso suaque vocatione loquens dicit, *Egisti mecum miris, & occultis modis, tu illud egisti Deus meus: nam à Domino gressus hominis diriguntur, & viam eius vult*. Hos autem modos in particulari declarat lib. de don. persever. cap. 14. *Quia ostenduntur mentibus congrua signa, aut verba, & lib. de corrept. & grat. cap. 15. vtilem ait esse correptionem, quam intus adiuuat Deus, & ibidem addit hoc facere Deum diuersis, & innumerabilibus modis, & lib. 2. de peccator. merit. cap. 17. omnes hos modos reducit ad illa duo capita, quia per gratiam sit ut non lateat quod iustum est, vel ut suauis fiat quod non delectabat*. Vtrumque autem pertinet ad causalitatem moralem, quia per cogitationem allicuit voluntas, & per suauitatem fit amabilius operatio. Et inde etiam fit, ut talis iudicetur, quia sicut vnusquisque affectus est, ita de rebus iudicat, iuxta axioma Aristotelis. *Qualis vnusquisque est, talis finis sibi videtur*. Et simili modo explicat hoc adiutorium gratiæ cum Prosper lib. 2. de vocat. gent. cap. 9. alias 26. vbi sic vult dicit hanc gratiam non esse violentam, quia moris suadendo, exhortando, terrendo, incitando, illuminando, & fidei affectionibus imbuendo, quæ omnia verba moralem inductionem, & causalitatem manifestè significant. Et similibus vocibus vtitur, licet breuius, Cyrillus lib. 4. in Ioan. cap. 6. & 7.

Ratio autem huius causalitatis ab eisdem Patribus indicatur, quia homo in actionibus suis non ducitur, neque mouetur, ut quid inanime, vel ut brutum, sed ut liberè se moueat, & agat, & ideo adiutorio morali indiget proportionato libero consensui, ad quem inducitur. Quam rationem indicauit Concil. Trid. sess. 6. cap. 5. adiudicant. *Et declarari amplius potest, quia homo indiget gratia adiuuante propter infirmitatem, & ignorantiam ex peccato originali contractam, ex qua difficultas bene operandi oritur, quæ difficultas non solum in bonis operibus naturalibus inuenitur, sed etiam opera supernaturalis ordinis redundat, quibus accrescit alia in proportionem, quam habet natura in suo præcisè ordine spectata talium operum supernaturalis ordinis. Hæc tamen difficultas magna ex parte moralis est, & per moralia media vel minus, vel vinci, & superari debet, ut libero, & naturali modo vinci possit, sicut lib. 1. & 2. satis explicatum est. Ergo auxilium moraliter adiuuans maxime necessarium est.*

CAPVT XV.

Diuisio auxilij moraliter, vel physice adiuuantis, exponitur.

Considerandum vterius est duobus modis posse hominem iuari in operibus gratiæ, moraliter scilicet, & physice. nam hi duo modi causandi locum habent in operibus gratiæ: nam sunt opera moralia, & physice sunt à nostris potentis, idèque vtroque modo vocari possunt per gratiam, imò verumque adiutorium est illis necessarium secundum catholicam doctrinam. Et in primis de adiutorio morali probatur primò, quia causalitas finis moralis est, quia eius motio est metaphorica, & solum attrahit alliciendo, & inuadendo, & ideo finis dicitur quasi primum principium in moralibus, imò alia causa, quæ morales reputantur, licet ad efficietes reuocentur, ut dicitur per sunt causa consules, imperans, & similes, ideo dicitur moraliter causare, quia finalem causam imitantur, & illam aliquo modo ad causandum iuuant, illiusque pulchritudinem, vel bonitatem magis ostendendo, vel aliis motibus ad illam alliciendo. At verò gratia omnibus his modis adiuuat voluntatem nostram, ut ex locutionibus Augustini & Prosperi, cum testimonis Scripturæ, quæ illi allegant, probari facile potest. Nam ex parte obiecti, seu finis explicat hoc adiutorium Augustinus tract. 26. in Ioan. dicens, *Ranum viridem ostendit qui, & trahit illam, ut explicet hoc modo trahi voluntatem per gratiam*. Vnde concludit, *Veritate reuelatio ipsa est attractio, quid enim fortius desiderat anima, quam veritatem*.

Idem colligitur ex eodem Augustino lib. de spiritu. & liter. cap. 34. vbi dicit, non ita esse Deum causam malæ voluntatis, sicut bonæ, quia visum suum agens agit Deus ut velimus, & ut credamus, &c. nam ille modus inductionis moralis, & ex parte obiecti. Et ibidem addit modum agendi per suasionem, & vocationem, quæ pertinent ad causalitatem moralem effectiuam, & ideo dicta q. 2. ad Simplicianum, vocationem appellat effectricem bonæ voluntatis. Et eodem modo loquitur lib. 83. questionum in 68. vbi inter alia habet, *quia nec velle quisque potest, nisi admonitus, & vocatus, idè & ipse velle Deus operatur in nobis*. Ex eodem modo dixit Ier. 13. de verb. Apostoli. exponens illud ad Roman. 8. *Quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei*. addendo, non litera, sed spiritu, non lege præ-

Fr. Suarez de Gratia Pars II.